

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De imagine Constantini, supra cuius caput crux, sub pedibus verò  
confoßus draco situs erat. Cap. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

EVSEBII DE VITA

De imagine Constantini, supra cuius caput crux, sub pedibus  
verò confosus draco fuit erat.

CAP. III.

**Q**VINETIAM IN TABULA DEPICTA, QUAM IN SUBLIMI ANTE PALATII VESTIBULA SUSPENDERAT, SE OMNIUM OOCULIS CONTEMPLANDUM PROPOSUIT, SALUTAREQUE PASSIONIS INSIGNE SUPRA CAPUT IPSIUS LOCATUM IN PICTURA EXPRIMENDUM: INIMICAM AUTEMILLAM & HOSTILEM BELLUAM, QUAE ECCLESIAM DEI, IMPIORUM TYRANNIDE OPPUGNASSET, IN ALBUM DEMERSAM, DRACONIS SPECIE & FIGURA DESCRIBENDAM CURAVIT. SACRA ENIM ORACULA IN DEI PROPHETARUM LIBRIS EUM DRACONEM, & TORTUOSUM SERPENTEM NUNCUPANT. ET PROPTEREA IMPERATOR, QUOD OCCULTUM HUMANI GENERIS HOSTEM DIABOLUM (QUEM IPSIUS SALUTARIS TROPHÆI CAPTI EIUS IMMINENTIS VIRTUTE AD EXTREMUM EXITUM PROLAPSUM SIGNIFICAVIT) TUM SUB SUIS, TUM SUORUM PEDIBUS CONCULCATUM PERSPICUÈ INDICARET, DRACONEM MEDIO VENIRE TRANSFIXUM, & IN PROFUNDOS MARIS FLUCTUS PRÆCIPITATUM, SUBTILI & ARTIFICIOSA PICTURA SUB OMNIUM ASPECTU AD CONTEMPLANDUM SUBIECIT. ATQUE ISTÆ QUIDEM RES IN IMAGINE SCITÈ DEPICTA, VARIIS COLORUM FLOSCULIS SIGNIFICABANTUR. Vnde permagna de imperatoris ACUMINE & SOLERTIA ME CEPIT ADMIRATIO, QUO modo, DIUINO AFFLATU PULSUS, EADE IPSA FIGURAVIT, QUAE VOCIBUS PROPHETARÙ ITA DE ISTA BEL LUA PRONUNTIANTR: DEÙ GLADIUM INGENTE & TERRIBILE CONTRA DRACONEM & SERPENTEM FUGIENTEM ILLATURUM, & DRACONEM IN MARI INTERFECTURUM. ISTARUM RERUM Igitur, IMAGINES IMPERATOR FORMAUIT, VOCES ILLAS PROPHETARUM AD UMBRATIONE QUADAM IMITATUS.

De questionibus propter Arium in AEGYPTO excitatis.

CAP. IIII.

**Q**VIBUS EX REBUS AD EXITUM PERDUCTIS, LICET NON PA-  
RUM CÆPERIT VOLUNTATIS, TAMEN INUIDIÆ FLAMMA QUÆ  
ECCLESIAM ALEXANDRINAM GRAUITER CONTURBABAT, &  
PESTIFERUM SCHISMA, QUOD INTER THEBANOS & AEGYPTIOS  
VERSABATUR, IPSIUS ANIMUM NON PARUM COMMOUIT: QUIPPE  
IN SINGULIS CIUITATIBUS EPISCOPI CUM EPISCOPIS DISSIDERE,  
& POPULUS